

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De ordine docendi ac studendi**

**Guarini, Battista**

**[Heidelberg], 18. Dez. 1489**

[urn:nbn:de:bsz:31-290373](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290373)



K. J.

4<sup>v</sup> (51)



42 A 1932, 13

RH

1912



AN 789

AN 790

AN 791

AN 792

AN 793

AN 794

AN 795



Raptista Gua  
rinus de mō r  
ordine docen  
di ac discendi

E. M.

# Guarinus Baptiste Sua rino filio suo iocundissimo libelli sequētis auctori salutē,



**M**otiens nū

tium de te accipio/ toties no  
uo quodam me afficis gau/  
dio. Adeo tecum certare vi/  
deris/ vt cum alios aut supe/  
rare aut eēre studeas/ quie/  
scere nescias. Nisi melior ho/  
die quā heri fueras/ negligēs  
a teipso cēsearis: preclaras

imitatus arbores que prioribus nouas semper frondes/  
nouellosq; indies addunt ramulos. Donec letus consur/  
gat in ethera vertex. Super Agesilium tuum acceperam/  
studiorum tuorum primitias vel potius delicias et qui/  
dem amabiles/ qui veluti propago quedam late serpens/  
teipsum nomenq; nostrum hebruscas diffundit in horas.  
Nunc autem reueniens a te Leonellus frater amabilis/  
alteras studiorum tuorum hapharchbas, attulit/ ingenij  
tui et eruditionis argumentū sane celebrabile/ tenendum  
in studijs ordinem adolescentibus/ perinde ac germinā/  
tis incunabula discipline. ipsum autē dum lego relegoq;  
libellum/ non minore delectatione afficio: q; admiratioe/  
q; anapalin/ adeo iuuenilis fertilitas cū senili maturitate  
contendit. contemplari licet ordinem discendorū/ varia/  
tē docentis/ consilium legendorū/ campū messem deniq;  
fructuosumq; thesaurum: reliquū est vt addito limelabo/  
re/ et extrema (vt dicis) manu libellus ipse politus ad vn/  
guē/ esceda serū in volumē edatur. Varietate enim illud  
studiosis adolescentibus vt viaticum fore et enchiridion  
iocundissimū legendo/ speculando hauriēdo contritū iri/  
bus Baptista Guarinus indies magis ac magis eluce/  
scar: instar triptolemi vitalia disperitēs semina. Bū vale.

Z

# Baptista Guarinūs ad

Raffeeum Bambaram Brixianum adolescentem generosum discipulum suum, de ordine docendi ac studendi.



**T**ibi Raffee

carissime ea sit morum et ingenij tui elegantia / vt sponte tua nō in diuitijs aut maiorz imaginibus, (que tibi larga manu fortuna prebuit) sed in virtute veram nobilitatem repositam esse antea iudicares. Tamen ex iuuenalis

nostri satyra qua eam materiam dilucide absoluit: Sic nuper eam opinionē animo tuo inhesisse cognoui / vt ad capescenda hec humanitatis studia multo seruētior z alacrior euaseris. Ea ppter boni preceptoris officij esse duplici aliquam tibi viam / z quendam quasi studioz cursum declarare: per quem facillime istam auuiditatem expleres: et quasi adiectis sponte currenti calcaribus te ipsum duplicata cupiditate incitares. Tuo igitur nomini libellum hūc destinavi / ex quo tam grece q̄z latine z preceptoris in erudiendis adolescentibus / z ipsoz discipuloz in studendo tum officium tum ordinem percipies. Quod si qua erūt que ad te minime pertinere intelligas: putabis me nō tibi q̄z ceteris sub tuo nomine adolescentibus hoc perfectum / z discendi z studendi cōmentariolum voluisse largiri: tu ea tantum excerpes quibus te indigere senties. Nec dubitauerim affirmare eos qui sub eiusmodi institutione docti fuerint / in eruditissimoz hominū numero aliquando haberi dos esse. Ea etenim collegi: q̄ nō meo tantū iudicio (q̄ nō magnū vt pote adolescentis esse potest) sed doctissimoz etiam viroz: z in primis optimi parentis

A. ij.

mei quem longo iam tempore in hoc docendi munere ex-  
ercitatum fuisse non te fugit: ad precipiendi studēdiq; ra-  
tionem maxime conducere videbantur. Itaq; ea legēs nō  
me sed ipsum parentem loqui existimabis: nibilq; scriptū  
esse tibi psuadebis: quod non longo vsu probatū sit: Les-  
terum ne hoc velis falso extollere videar: tu rem iam vides  
bis z vt spero precepta ipsa assidua exercitatione vera esse  
cognosces. Antequā tñ ad studēdi docēdiq; precepta ve-  
niamus haud quaq; a proposito nostro alienū esse vide-  
bitur. Si adolescentes ipsos admonuerim? primū vt quā  
eis preceptor extrinsecus tradere non potest: discendi cu-  
piditatem/ ipsi per se sponte illā arripiant: z ad hydropis  
similitudinē se cōformēt. Cui vt inquit Quidius Quo  
plus sunt pote plus sitiūtur aque. Sic z ipsi quo plura  
indies didicerint/ eo plura precipere z haurire tanq; diu-  
turnam sitim extingere cupientes incitentur. teneantq;  
illud assidue ante mentis oculos/ quod socrates grecus p-  
cepit. Si eris discendi studiosus: multa disces, facile autē  
ad eam aviditatem seipos exhortabūtur. Si vt idem in-  
quit Socrates turpe esse cogitauerint mercatores totā  
taq; maria nauigare vt diuitias amplificent: Juniores  
vero terrestris itineris ad preceptores tēdere debēt vt me-  
liorem mentis habitum constituent. Si animo etiā ver-  
sauerint nullam esse possessionem doctrina bonestiozem:  
aut stabiliozem. nam pulchritudinem z robur etiā si nul-  
lo morbo diminuantur cerie senectus ipsa conficit. Pec-  
unie vero sepius inertie causam/ quam adipiscende virtus  
materiam prestant: Nam sicut in extrema inopia posi-  
tis haud facile est emergere: Ita omnīū rerum copia astu-  
entis ad voluptatem facillime alliciūtur: Abi autem vol-  
uptatis regnum adsit ibi difficile est virtutes consistere.  
Quod si etatis imbecillitate non eam prudentiam habes-  
bunt vt id anima duertere queant: Parentum erit officiū  
ad id blandis vocib; teneras illorum aures consuefacere:  
z minis a voluptatibus deterere/ vt quod ab infantia im-  
biberint desiderīū/ cu; etate simul accrescat. Et cū adultū

voluptatum sermones audierint / quasi ad huc paterne vo-  
cis precepta auribus intonēt / eos ut venena horreant et des-  
testentur. Deinde in preceptore colendo paternam sibi cō-  
stituent sanctitatem. Nam si eum cōtempserint / eius quo-  
q; preceptionem contemnāt necesse est. Neq; enim existis  
mandum est. Maiores illos temere p̄ceptorem sancti vo-  
luisse parentis esse loco. sed ut ille maiore cum diligentia  
beniuolentiaq; eos instrueret: ipsi autem venerabūdi eius  
dicta velut e paterna quadam affectione manantia obser-  
uanda esse crederent: quo circa ea in re Alexandri magni  
exemplum imitabuntur / qui non minus se Aristoteli pre-  
ceptori q̄ philippo patri debere p̄dicabat / propterea qd̄  
ab hoc esse tantum: ab illo et bene esse accepisset. Qui ve-  
ro animus ita institutus fuerit / optimam de se spem polli-  
cebitur / ut omnisi non modo expectationem: sed etiam vo-  
ta sit superaturus: Nam ut ait Crispus. ubi intenderis in-  
genium valet. In primis autem id cauendum erit neru-  
dibus et indoctis ab initio preceptoribus tradantur eru-  
dienti / a quibus illud Ciceronis consequantur / ut dimi-  
dio stultiores redeāt q̄ accesserint. ut enim tempus taceā  
quod amittunt / efficitur profecto illud Timothei musici:  
ut postea duplex suscipiendus sit labor. alter quo ea que di-  
dicerunt obliuioni tradant. quod sane difficilimum ē iu-  
sta flacci sententiam. Quo semel est imbuta recens serua-  
bit odorem Testa diu. Alter ut ad meliores preceptōnes  
euehantur. quod etiam eo tardius fit quo in prioribus il-  
lis obliterandis necesse est operam tempusq; consumere.  
Dmnino danda erit opera ne pueri propter litterarum di-  
sciplinam grauiter et acriter verberētur. habet enim ea res  
seruile quiddam / et generosus sepe numero animus ita  
indignatur / ut plagarum causam iam tum litteras oderit:  
cum nec dum gustare coeperit: adde q̄ uictu uerborum des-  
clamaciones eis prepositas non ingenio proprio compo-  
nunt sed ab alijs occulte cōpositas afferunt: quod capita-  
le et pernitiosissimum est: Nam utrunq; uehemēter fallit:



z preceptorem qui spem falsam presumit: z discipulū q̄ id non intelligit: quod a se factum mentitur: honestius igit̄ z utilius erit vel blanditijs agere: vel interdū solo verbo rum terrore: ita vt plage statim subsecuturē videantur: Nā si securus fuerit/ maximā negligentie fenestram licentia illa p̄bebit. Si vero paulo adulti fuerint/ vt honoris cupiditate excitari possint: tunc admonendi erunt/ quanto de decori id futurum sit si operam luserint: si reliquis ignauiores tardioresq̄ apparuerint: z vt magis eos nescire q̄ discere pudeat. Placet etiam vt pueris ipsis aliquis ad disciplinam focins adiūgatur/ cuius emulatione quibusdā quasi igniculis accendantur: Est enim nobilibus animis quedam infecta generosa inuidia: vt in eodem studiū genere versantibus postponit: z quasi hebetiores relinqui erubescant. Ex quo sequitur vt certatim emulantes. Alter alterū reddat alacriorem: Non tamen id probamus vt sub eodem preceptore magnus puerorū numerus prima simul elementa doceat. Dū enim omnibus satisfacere cupit: omnibusq̄ se impartit/ nemini aut integrā aut magnā impedit curam: quo fit vt sicut nemo neglectus/ ita z nemo bñ doctus inderuertatur. hoc autē de his precipimus qui prima litterarum fundamenta perdiscunt: Nam in paulo progressis qui iam poetas z historicos z oratores audire possunt id minime ē necesse: Nā quo maior erit turba eo diligentius preceptor ipse legere conabitur: quia Quinto teste: Excitat auditor studiū. In illis autē erudiēdis orationem hūc seruari oportebit/ vt litteras z verba apte quidem z expeditē non tamen expresse nimis pronūciare consuecant: Nam sicut obscura est intra dentes murmuratio z verborū conculcatio: ita in incūda z fastidiosa vebemētum litterarum expressio: tum in verbis quasi syllabarum dilatio. Deinde grāmaticam omnī ex parte p̄fecte docendi sunt/ vt enim in edificijs nisi valida iacta sint fundamenta quicquid supra cōstruas corruat necesse ē. Ita z in studiorū ratione nisi principia optime calleāt quo magis progrediūtur: eo magis imbecillitatem suam sentiunt:

quo circa nomina & verba declinare in primis pueri sciāt:  
sine quibus nullo modo puenire ad intellectū seq̄ntiū p̄nt: nec  
semel tantū docuisse p̄tentus sit p̄ceptor / sed sepe repetens  
iterūq; ac iterū memoriā in ijs puerorū exerceat: & tanq; di-  
ligens impator qd didicerint & q̄stū / recognoscat. Inter-  
dū vitiose ipse declinet vt illoꝝ certitudinē tēret. Magnū  
enim p̄ficiēdi testimoniū erit / cū alioꝝ errores intelligere  
videbūtur. Dramatice autē due p̄tes sunt quaz alteraz  
Methodicen q̄ breues oīm orōnis p̄rium formulas idest  
methodus declarat alterā hystoricen q̄ historias & res ge-  
stas p̄tractat appellāt / eas formulas multis ex libris q̄ ex-  
tant capescere licebit, sed magna ex parte cōpendiūz illud  
optimi parētis mei ad id iuuabit. Ubi sicut nihil ē sup-  
flui / ita oīa facile repientē q̄ ad orōnem recte struendā p̄du-  
cere videant. Sed illud a magistro obseruari volum⁹, vt  
quas p̄ponit pueris earū regularū declamationes: eas tū  
scribant, tum absq; scriptura cōponant. Si enim res cri-  
pserint tantum / euenit plerūq; vt rogati nihil ex tempore  
sciānt respōdere, vtpote soliti in omnibus partibus mul-  
tum diuq; meditari. Contra vero si memoriter solum res  
spondere didicerint / sepe numero quibus inter se litteris  
syllabe connectuntur ignorant: q̄ si ad vtrūq; vt diximus  
assuefacti simul fuerint, expeditam consequentur / & in scri-  
bendo & in loquendo promptitudinem, quam illud quo-  
q; vehementer augebit si latine loqui continue assuefiāt:  
Generales autem quasdam edoceantur velim formulas /  
vt citius & firmiter ad id quod ex ijs regulis cupi-  
mus perueniant, cuius generis est: vt eozum verborum q̄  
actiua nominantur a neutris differentiam in eo p̄noscat,  
Quod neutroꝝum passiuā neq; in prima neq; in secunda  
persona loquēte homine fieri possunt / neq; enim recte di-  
xerit quispiam, Ego aror tu araris. Similiter vt actiuo-  
rū notēt ordinē, quoz cū sex spēs eē dicātur: Prima sup-  
positū & appositū tātū hz; reliq; vltra appositū i accusandī  
casu / alios excepto primo eo q̄ stāt ordine casus tolerant.

A iij.

Passiuorum breuissima est doctrina in quibus omnibus nihil aliud fieri opus est nisi ut appositum et suppositum mutatis casibus conuertantur: quid de neutris quam compendio sa precepto. Nam eodem ferme quo actiua ordine se habent constructione nisi quod accusandi casum non habent quem in apposito actiuis tribuimus: nam que transitiva neutra dicitur licet accusatiuum habeant non tamen ut actiua duos eiusdem conditionis verba postulat: Depo-  
nentia neutrorum formulam sequitur: Pauca pro-  
posuimus exempla quo facilius mens nostra intelligeretur.

Erit autem illud per quam utile: ut in his regularum de clamationibus consuescant ornate componere ut (exempla causa) oratio plerumque verbo claudatur: et quicquid ab illo pendet anteponatur quod id a quo dependet: facilius enim postea ad stili elegantiam perducuntur: Illud iam superfluum est admonere: cum doctum preceptorem supposuerimus: ut castigatos habeant libros: nam in eo de quo supra mentionem feci patris compendio multi multa addere vulerunt: qui dum periti stultis reperiri querunt: stulti peritis sunt inuenti: quod ne magis detrahendi quam veritatis studio adducti dicere videamur, duo in eo genere exempla proponemus. Vides enim in ea comparatiuorum regula que docet nominibus adiectiuis secunde declinationis a genitiuo addita or. fieri comparatiuum: exceptis que habent vocalem ante vocalem vulgo id esse deprauatum et scriptus que habent vocalem ante us. Alii siquidem tenuis et similia que vocalem ante vocalem habent comparari: quasi id non dictum sit in secunda tantum declinatione. In qua nullum nomen reperies comparabile que vocalem ante vocalem habeat. nisi in us terminatum: quo circa vtrumque in idem reuertitur et ante vocalem et ante us. Sed suam ipsi declarant ignorantiam: dum id tollunt quod minime intelligunt: Hoc tamen minus malum est cum nihil erroris apporet: Id vero nullo modo ferendum quod in patronymicorum abusione additum est: Et si ap. mutatione: ut tyrides: Nam cum in deprauatis codicibus ita scriptum reperint credo ut suum errorem fouerent: et inscitiam sub

parentis mei auctoritate p̄tegerent. in eis regulis id a scri  
pserint. At si quid litterarū grecarum delibassent tydides  
non tantum legi debere cognouissent. has igitur regulas  
non semel tantum percurrere sat est: sed bis terq; atq; am  
pli<sup>9</sup> si oportebit repetat̄: vt eas tanq; manū digitos p̄m  
pte calleant. Nec omnino absurdum erit etiā cum ad  
maiora studia transferint / ad easdem interdū reuocari. do  
nec mentib; sic inhereant / vt nulla tempis intercapedine /  
nulla negotiorū varietate / aut magnitudine elabi queāt.

Sed cū earum noticiam iam assecuti erūt. cōiungenda  
erit syllabarū versuūq; cognitio cuius tanta est vtilitas vt  
apte dicere ausim nemines posse iure doctū appellari: cui  
hec ignota fuerit. Quare p̄scozū diligentiam mecum non  
admirari et laudare pariter nō possum: qui licet ad magna  
anbelaret / nollebāt tñ hec minima se fugere: Vñ et Agui  
stinus maxia ecclie n̄se colūna librū de musica / vbi etiā  
pedū rōnes exeq̄tur / p̄scripsit. Sed omissa illozū auctori  
tate sola hui<sup>9</sup> rei vtilitas / immo et necessitas facile decla  
rat. q̄nto studio ea sit percipienda: neq; enī recte pronūci  
are absq; ea scia q̄sq; valet / imo (q̄ maius est) nō enī recte  
intelligere: multa enī in poetis in unum diuersis quidē  
casib; / sed eodē sine pnūciata / q̄ syllabarū ignarus nullo  
pacto discernet: qd q̄ aliq̄ sunt diuerse penit<sup>9</sup> significatio  
nis / sola vni<sup>9</sup> syllabe vel prolixitate vlt̄ correptōe dignoscē  
da: Postremo etiā si nihil vtilitatis afferret / saltē volupta  
tis gratia id appetendum esset: Nam sicut pulsante opti  
mo citharedo magis delectatur / qui eius artis cognitio /  
nem aliquam attigit q̄ qui ignorat: Ita et in poetarum  
lectione maiore suauitate afficitur / qui versuum rationes  
habet: q̄ qui ea caret: nec in carmine tantum ea prodest:  
sed et in ea quam vocant rhetores numerosam orationē /  
que pedibus metricis constat. quam qui ab his scriptaz  
intelligere non potuerit: multo certe minus eam ip̄e facit  
et. Ad eam sententiam non inutilis erit is liber qui sub  
Alexandri nomine versibus habetur et quo etiam p̄teri  
torū vbi et generū noīs et declinationū formulas p̄cipiet:

nam pter q̄ omnia sumit a prisciano: facilius etiā q̄ car  
minib; scripta sunt memorie p̄mendantur p̄seruanturq̄:  
Priscianus vero absq; doctrina litterarū grecarū (de qui-  
bus paulo post loquemur) nostra sententia recte intelli-  
gi non potest. Sed vbi pedum enumerationem quam vul-  
go scanſionem nuncupant ex prima quadam degustatio-  
ne assecuti fuerint: reliquā deinde syllabarū noticiam ex  
frequenti poetarū lectione planius ediscunt: quapropter  
virgilij carmina memorie mandent / vt ad omnē syllabe  
quantitatē optimi poete auctoritate nitantur et exemplo.  
declamare autē etiā in his oportebit vt assiduitate pedū  
numerum etiam solo verborum cantu annotent. Deinde  
alia versuū genera ex ijs perdiscunt / qui de ea re volumi-  
na scripserūt: vt nihil in hac vtilissima scientia intactum  
pretermittant. Illud hoc loco tanq̄ e specula p̄mone-  
re velim: et vt ait satyrus. Credite me vobis solum recita-  
re syllabe, hoc in q̄ clara voce predico, neminē posse abs-  
q; litterarum grecarū scientia in hac versuū doctrina fun-  
damenta (vt ita loquar) medullam penitus introspicere.  
Scio enim plerosq; esse qui eam latinis litteris necessa-  
riam esse negent: qui quoniā ignari ipsi sunt / optarēt reli-  
quos inscitie sue pares eē / vt inter ceteros si nō superiores /  
salte nec inferiores iudicārētur. Vbi vero dū viuā nemo  
hūc errorem (si error ē) eripiet vt eā nō mō vtilē sed p̄ necessa-  
riā lris nostris eē nō credā. Nāq; vt omittā q̄ ei⁹ doctrine  
exptes litteras natura longas sepe imprudēter p̄trahunt /  
q̄ neq; diphthongos neq; alias scribēdi recte normam. i.  
orthographiā tenent. q̄tum id ē existimandū q̄ nostrorū  
vocabulorū maxima ps inde originem traxit. q̄ multa in  
scriptorib; repiūtur q̄ nullo mō hui⁹ lingue ignar⁹ expla-  
nabit. Virgilius descēsum ad inferos qz neq̄ant impune  
aues supuolare Auernū dicit / a Brais noiatur q̄ ipsi ni-  
mirum scient nisi, orniū auem dici audierūt. Quidius de  
cerberi spumis aconita venena nata eē dicit, q̄ qz nascūt,  
dura viuaria tute. Agrestes aconita vocāt, q̄ hoc enucle-  
abit nisi baconin caute m dici sciat. Syllā nisi megaren

tium regis filiã in auem cõuersam dicit / q̄ a tonso capillo  
ciris est nominata: qd̄ nemo sane intelliget nisi: ciro. ton  
deo esse didicerit. Venerẽ quocq̄ in fastis a spumis maris  
notatam asserit / q̄ nec ipi intelligent nisi: aphroditin apo  
ton aphron. deriuatũ eẽ eis declaret. Hinc etiam magis  
ignorãtie sue cũ scientia q̄z disputationis veritate adduct  
confitebũtur: si declinationes quãsdã tam in oratoribus  
q̄z in poetis grecas eẽ meminerint quarũ nulla apud nos  
regula tradit. nã z luctificã a lecto: z noie dido sepe voca  
tiuo / z **D**ãtus filius in accusandi z generandi casu virgi  
lius z Rhetorice z dialectice / z alia eius generis oratores  
protulerũt. multa sunt eiusmodi q̄ cõmemorare ad susce  
ptum opus minime p̄inet. Hos aut̄ z veterũ doctissimo  
rum exẽpla: quorũ nemo grece lingue exers fuit z quin  
tiliani auctoritatẽ q̄ nostras a grecis effluisse ait: z **L**ice  
ronis: qui si cato in libro de senectute eruditius loq̄tur q̄z  
cõsuevit in suis ipse libris attribuendũ eẽ lris grecis cen  
set. Et flacci exhortationẽ seq̄ntes. Vosq̄ exemplaria gre  
ca nocturna versate manu / versate diurna / qz **B**rahijs ige  
niũ graihs dedit ore rotundo musa loqui. quo pacto eam  
linguam discere possint: pro ingenio nostri iudicio com  
monstrabimus. Hec sane me fugit quintilianũ (vt ab illo  
sumat exordia) p̄cipere qd̄ mihi ea rõne difficilius videt:  
qz cũ ea nobis lingua naturalis non sit / nisi prius aliqd̄  
loquẽdi principiũ ex nostra habuerint in ea p̄discẽda pue  
ri nescio quo mō deterrẽtur. Atqz ita mihi psuadeo q̄ntili  
anũ sic p̄cepisse / qz suis tempibz latinã linguã omnes ha  
berent / nec in ea tanta elaboratione opus esset. Vidi ego  
contra / nõnullos sub optimo z eius lingue nõ minus qz  
romane doct. ssimo parẽte meo / postea qz n̄arũ fundamẽ  
ta contingerant. vno anno in grecis tantũ profecisse vt q̄s  
nũqz viderãt libros p̄ se in latinã linguã sic integre fidei  
terqz conuerterent / vt ab omnibz facile probarentur. Eaz  
igitur adolescentes arripiant: nec confuse z inordinate vt  
apud grecos tradi solitũ erat: sed eas habeant regulas q̄s  
parẽtis n̄i p̄ceptor **D**aniel Crysolozas sũmatim colle  
git: vel quas parens ipse noster compendij **A**mantissim<sup>9</sup>

ex illis contraxit. et interdicens admonentur maxime  
verborum genera tempa generali quadam p̄ceptione de  
riuari. Et ea q̄ apud illos anomala verba sunt tanquam  
vngues calleant. Sic enim facillime (q̄d in ea lingua vri  
lissimū est) nomen a verbo. et verborū tempa etiam prima  
fronte discernent: hoc autem et frequenti et diligēti p̄cepto  
ris interrogacione consequētur. Paulatim deinde ad scri  
ptores progredientes et ad eos primo qui insoluta oracione  
faciliores nedum sententiarū pondere laborare cogantur:  
vt quod i principijs maxime desideramus regulas quas  
didicerūt confirmationem omittant. Ut igitur quisq̄ du  
rissimus erit: ita postremus eis tradatur. ad poetarū po  
stea principē homerum perueniēt. qui sicut nostris omni  
bus fontem prebuisse videtur: ita ad discendū non diffici  
lis est. hinc erit illa animi iocunditas vt virgilij imitatio  
nem contemplari queāt qui tanquā in speculo eneida ad  
illius opera cōfirmavit adeo vt ferme nihil in virgilio cō  
paratur q̄d idem apud homerū non sit. Necres tantū sed  
et versus plurimos verbū aduerbiū inde translatos confi  
derabūt. sicut idē quoq̄ et de Theocriti Bucolicis et hesi  
odi georgicis ab eo factitatum ē. Reliquis deinde et heroi  
cis et tragicis et comicis insudabūt. hoc in primis seruent  
vt in ea lingua vocabulorū varietatem et copiam quibus ea  
maxime abundat non tam memoria q̄ et scriptis colligāt:  
atq̄ eo promptiora erūt si i ordinē redacta fuerint. ex hac  
n. scribendi assiduitate menti magis imprimuntur et accen  
tus quorū sermo ille plenus est peritius notantur. Quis si  
forte vt est memoria labilis effluerint habebūt semp quo  
tanq̄ in thesaurū se recipiant. Quapropter id nō medio  
criter conducat si scribere ab initio didicerint et in eo se ve  
dementer exercuerint. q̄d etiam ad legendi expeditionem  
non parū confert. Ubi vero aliquantū p̄gressi fuerint  
tūc vel ex greco in latinū vel ex latino in grecū vertere in  
cipient. quo genere exercitacionis pprietatem splendorēq̄  
verborū et promptitudinem lingue facillime cōparabūt.  
multa enim q̄ legentem forte fallerent transserētem nullo

modo fugere possunt: Nolumus tamē dum eas linguam  
ediscunt/nostā penitus omittant/ne de cōsuetudine aliq̄  
illam obliuiscantur: z deinde opus sit ad prima iterū ele-  
menta recurrere: Sz cū eas quas diximus grecarū lit-  
terarū primas regulas habuerint/tūc ad prisiani ceteros  
rūq̄ grāmaticorū cognitionē trāscendāt/vbi ea que breui-  
ter ab initio cognouerāt diffusius accipiēt: z multa vide-  
bunt scriptorū auctoritate licere q̄ prius ppter breuitatem  
discendi eis incognita fuerāt: Sub idē tempus z in Li-  
ceronis eplis declamabūt/et quibz stili tum elegantiaz tū  
facilitatem: z sermonis puritatē ac sententiarū grauitatē  
adipiscuntur: quas si memorie mādauerint mirificos pos-  
stea fructus inscribendi promptitudine percipient. Remo-  
tamē existimet in sola illa eplārū declamatiōne pinguem  
z quā Cicero a dipatā vocat orationē cōsistere, eā nanq̄  
multarū z variarū rerū lectio pariet Flacco teste scribēdi  
recte sape ē z principiū z fons. Quare vt ad alterā grā-  
maticę prem quā historice diximus noiari traducantur  
iam tēpus erit Et sicut reliquas sub cōpēdio prius regu-  
las didicerint: ita z eos qui res gestas carprim collegerūt  
prius perlegent: quo in genere Valerius z Justinus eis  
offerētur/quibz z externā z romanā historiam vno ferme  
aspectu contemplabūtur. A valerio ea quoq̄ prestabitur  
vtilitas vt ad omnes virtutū partes ad egregia tū dicta  
tum facta exemplis orationem exornent. Reliquos de in-  
de historiographos ordine perlegent/hinc variarū gen-  
tium mores/instituta/leges: hinc varias hominū fortu-  
nas: ingeniorū z vitia z virtutes excerpent: que res ma-  
xime in quotidiano sermone facundiam z in varijs rebus  
prudentię opiniōnē creabit. Eodem ferme tempore poe-  
tas omnes ordine percurrēt in quibus verisimiliū figmē-  
torū subtilitatem admirabūtur/z ad quotidiane vite in-  
stitutionem sub fabulamentis contextam reuocabunt. ea  
eni a poetis cōficta eē cicero arbitratur/vt in fictis perso-  
nis imaginē quotidiane vite nostre intueremur. Quō etiā  
beatus hieronimus de terentio sensit q̄ ad furiaz scribens

B



de viduitate seruanda / cū ebrietatem diceret fugiendam  
cōmitij auctoritatem adducit. Sine cerere ⁊ libero friget  
venus / cuius inquit finis est humanos mores nosse atq;  
describere / ab ip̄is flauiorū / montiū / yrbiuz / nationū. Et  
nomina ⁊ sitū colligent. A virgilio autē inchoandum esse:  
vt augustini cōfirmat auctoritas / qui in hūc modū inq̄t:  
virgiliū p̄terea paruuli legūt vt videlicet poeta magnus  
omniūq; p̄clarissimus atq; optimus a teneris ebibitus  
annis nō facile obliuione possit aboleri: Lucanus forte  
non absurde post rhetoricam relinquet cū eum quintilia  
nus oratorib; magis q̄ poetis dicat imitandū cē. in quo  
tamē ea ē vtilitas vt p̄fiteri nō dubitem / q̄ eū poetam pro  
be intelligat iam posse in doctorū hominū nūcro haberi  
in deliberatiuo p̄sertim genere ip̄ius orationes adeo gra  
ues / adeo artificiose sunt / vt nesciā an ab aliquo rhetori  
cas p̄ceptiones clarius colligere valeāt. Post virgiliū  
Statij thebais ordine subsequitur / nam cū ad illius imita  
tionē cōposita sit / minor erit indiscendo labor / ex ouidio  
metamorhoseon nihil ferme erit qd̄ p̄ter fabulas eli  
gant / q̄b; in miro studio incūbēt: credētq; eas nō vt q̄daz  
putāt poetis tantū congruere / nā ⁊ cicero tū orationes: tū  
reliqua volumina fabulis plerūq; q̄si q̄busdā gēmis distin  
xit. reliq̄s ei⁹ opib; cū p se ip̄os legēt indulgebūt / illud tū  
vnū de fastis in promptu bebūt in q̄ ⁊ fabule q̄dā ignotio  
res ⁊ historie ⁊ fastoz rō satis abūde p̄tractat. vtrinq; totus  
is liber ad nos puenisset: nullū enim hērem⁹ ex q̄ plenius  
⁊ mores ⁊ sacra veterū p̄spicerem⁹. tragedie senecē cū pro  
pter fabulas multū iuuāt tū vero p̄pter snias ⁊ vite / ⁊ ser  
moni quotidiano cōmodissimas. nā sicut grauissima oīa  
cōtinet ira lasciuū nihil: Ad sermonis tū puritatem ⁊ ele  
gātiā tū p̄prietatē nemo Terētio magis idoneus / adeo  
vt terentij verbo frēq̄nter cicero vsat ⁊ libenter se vti cice  
ronis lelius ille testet. q̄re assiduitate legēdi memorie cō  
mendandus erit: huic iuuenalē satyrozū p̄ncipez q̄si co  
mitē addere nō verebor: nā hos duos q̄ in p̄mptu habue  
rit p̄fidat is oīa q̄ in q̄tidiano sermōe cōtingunt nō modo

ornate ploqui posse / veyz etiā a d omnē materiā sentētiā  
a n̄c se habiturū / nec ideo deterreat quispiā ab illius sary  
ri lectōne / qz nōnullis in locis vitia qdam horrenda apte  
nimis redarguat. primū enī id raro facit. Deinde vitio  
sos magis vitioꝝ increpatōres detestari debemus / at illi  
lis omissis q pauca esse diximus nihil inuenimus: non  
laudabile nō cristiano homini maxime congruū plautus  
nō ad sales mō q vite sunt ornamēto sed ad eloquentiam  
vehementer pderit / cū ei veteres tantū tribuerint / vt affir  
marent musas si latine loq voluissent plautino sermone  
fuisse locuturas / macrobius quoq duos antiqs tempib  
elequentissimos fuisse asserit. z comicū plantū z oratorem  
tullū. Orati<sup>9</sup> pter optimā poetice artis cognitionem /  
etiam sermonis pprietatē mea sententia supeditabit / nec  
queqz facile inuenies in rerū epithetis virgilio magis ad  
herentem / adde q ad aliorū saryorū intellectu multa vo  
bis accōmodat p̄sius breuis qd z obscurus. Sed id rei  
rū varietate cōpescat. Alij non sunt q qd inutiles poete  
sed alio tempe magis apte lectitandi. Teterū qz in poe  
tis multa z de astrologia z de firm orbis sumpra repiunt  
haud erit incōmodū tractatum spere pernoscere pompo  
niū mellam. Iginū Solinū / z quem nuper in latinū pat  
rens noster conuertit strabonē videre ad hanc rem etiam  
putile erit ptolomei picturas habere familiarem / ita vt in  
oim locorū descriptionē mētis oculos ad eā figurā appli  
cent: z quasi p̄ntes rem ipam. intueri videat. Aliter enim  
orbis descriptio quandaz plerūqz importat obscuritatem  
Perspicuū iam nimirū esse arbitror eū qui in p̄dictaz  
rerū studijs eruditus fuerit ad rhetoricē disciplinaz posse  
trāscendere ex qcū discendi artes fuerit affecutus / non mō  
Liceronis ofones intelliget verū etiā ex supiorū rerū va  
rietate z copiosam z ornatā cū arte p̄iūctā hēbit eloq̄ntiaz  
Nihil aut̄ rhetorica ad hirenū cicerōis ad id p̄dicēdū act  
cōmodati<sup>9</sup> erit: nihil vtil<sup>9</sup> / vbi oēs oratoris p̄tes / sicuti nō  
plūce ita p̄fecte exponū / in q qdē audiēda / etiā declamare  
oportebit. Nā oīs p̄ceptō ad exercitandēz d̄z accōmodari.

B ij

Postea non difficile erit alios a Licerone ad oratoris  
institutionē compositos libros pnoscere z pcepta in eius  
orationibz tanq̄ in speculo intueri. Similiter z q̄ntiliani  
in ea re excellentissimi opa pcurrere. Verū qm̄ oēs Licerone  
libri q̄ assidue lectitandi sunt / qm̄. z viles z faciles  
quoqz nunq̄ intermittēdos iudicamus morali philoso/  
phia referti sunt. q̄ oratori quoqz pncessaria ē Optimū  
erit vt dialecticorū argumenta z aristotelis ethica perdi/  
scant. Hic deinde Platonis volumia ex cui⁹ fontibus oia  
ille hausisse / z ad cui⁹ imitationē se penitus cōformasse vi  
detur. Adeo vt quosdā etiā dialogos Platonis more z  
ab eo q̄ in loq̄ndo primas habet ptes / z a materia ipsa in  
scripserit: Liceronis autē libri cū oēs excellentissimi sint z  
viles mea snia z liber officiorū z tusculane q̄stiones prin  
cipatū optinet. Alter qdē ppter pcepta ad omnē vite ptes  
idonea: tusculane vero ppter variā multiplicēqz rez cog  
nitionē pter pcepta q̄ ad omnē ferme scribēdi materiā largā  
nobis copiā exhibēt. si q̄ vero iuris ciuilibz ps adhibebit  
ea tū ad causarū tractatū iudicialiū: Tū ad plurimoz lo/  
coz explanationē vehemēter iuuabit. Que oia posteaqz  
adepti fuerint Jam nō mō pceptore nō indigebūt: Sed  
ipsi alijs pceptores erūt idonei: Itaqz p se z legere z intelli  
gere poterunt. Ceterū qz quēadmodū a mgris instruen  
di sint satis abūde vtputo demonstrauim⁹. Reliquū ē vt q̄  
pacto in studēdo adolescētes ipsi se gerāt apiam⁹ / oim autē  
pceptoz illud z primū z saluberrimū esse statuim⁹: ad qd  
oia velut ad quendam vt greci dicerent scopon sunt refe  
renda / vt adolescentes ipsi aliqui se doctores fore cogitēt.  
Nā qui studioz suoz testimoniū nūqz reddendū esse pu  
tauerit multa omittet plurima leuiter z vt dicitur in superficie il  
lotis pedibz p̄trāsibit. Nihil intime z ad medullā vsqz tē  
tabit introspicere. q̄ vero oportere q̄ didicerit docere ex  
stimauerit: Nihil intactū aut indiscussum relinquet: oia q̄  
in q̄stionē venire possint sibi ipsi tanq̄ in dialogo pponet /  
z disputationis veritatē elicere conabit: si quē etiā hebūt  
cui exercitationis causa q̄ audierint exponant nihil bog

erit vtilius: Nam vt ait quintilianus optimū pficiendū ge/  
nus ē docere que didiceris: Nec sunt solū a pceptore au/  
dire contenti: sed qui in auctores pmentaria scripserunt z  
probatū sunt eos ipmet plegant z radicatus (vt aiūt) sentē  
tias z vocabulorū vim annotēt: Fluas ipsi sentētiās  
z ad rem accomodatas exquirant. Explanatōnes quoq;  
in libros scribere vehementer cōducet: sed tamen magis si  
sperabūt eas in luce aliquādo prodituras. Attētiōes em̄  
ad ea sumus ex quib; laudem venari studemus. hoc exer/  
citationis genus mirifice acuit in geniū: Linguā expolit:  
scribēdi promptitudinē gignit: pfectam rerū noticiam in/  
ducit. memoriā cōfirmat: Postremo studiosis quasi qua/  
dam expositionū cellā promptuariā z memoriē subsidiū  
prestat. Ubi primū p se studere incipient operā dabūt/  
vt eos videāt q; varijs ex reb; cōpositi sunt: quo in gene/  
re ē Sallius macrobi<sup>9</sup> saturnaliū/ Plinij naturalis histo/  
ria. q; nō minus variā ē q; ipa natura: his addim<sup>9</sup> Augu/  
stinum de ciuitate dei/ q; liber historijs z tam ritu veteruz  
q; religione refertus ē. Sed omnino illud teneāt vt sem/  
per ex ijs q; legūt conētur excerpere/ sibi q; psuadeāt. q; pli/  
nius dicitare solebat nullū esse librū tam malū vt non in  
aliqua pte proficit: hec studendi rō apnd veteres obseruata  
fuit: adeo vt plinius maior electorū centū z sexaginta opi/  
stographos sororis filio relinqrit quos aliquā quadringē/  
tis millibus numū largio licinio in hispania vendere po/  
tuit: ea vero potissimuz excerpent q; z memoratu digna: z  
paucis in locis inueniri videbūt. Erit hoc etiā ad ora/  
tionis tū copiā tū pmpitudinē valde idoneū: si interlegē  
dū ex varijs libris sentētiās q; ad eandē materiā p̄tinent  
annotabūt. z in vnū quēdam locū colligēt Pitbagoreo/  
rūq; more quicqd excellēs interdū legerint vel audierint  
vel peri cōmemorabūt. Imprimūtur enim ea cōfirmatio/  
ne adeo vt non difficilime ex memoria aboleri q̄ant: vali/  
dior etiā illa erit impressio si statuto aliquo mēsis die pze/  
ceptorū oim̄ memoria renonabit. In grecis q; breuissi/  
me proficiēt si cum primuz fundamenta acceperint non

semper magistrum ducem expectabunt, sed ipsi se excitabunt, et magistri loco eos libros sibi desument: qui in latinum convertere sunt et vna cum grecis percurrendi ex viroque lectione vocabula ipsi per se colligent inveniunt nonnunquam persertim in sacris libris nonnulli grece latineque exscripti ita ne vna quod syllaba interpretationis versiculus aut maior aut minor sit: ij ad hanc rem sic optime conducet: ut quosdam ego cognoverim qui hac ratione ad maximam huius lingue noticiam absque preceptore vello pervenerint. Frequenda erit imprimis grecarum litterarum lectio, nam si nostra temporis consuetudine dilabitur quod de ea iudicandum est quod nobis naturalis non est, oportet autem legentem non introsum aut sub lingua immurmurare, sepe, nam, accidit ut nec se ipsum audiens plurimos versus quasi illinc alienus excurrat: clara autem lectio cum ad intelligendum non mediocriter prosit, utpote auribus vel ut alio extrinsecus sonante mentis attentione acriter excitantibus non parum etiam ad stomachi digestionem valere ferunt hi qui nature ac medicine secreta tenent: nam ut etiam Plutarchus tradit vox que spiritus motus est non in superficie sed penitus in testina corroborat: calorem auget et sanguinem attenuat: universas emundat venas: Arterias etiam aperit supvacane humiditatis vini consistere figique nullam finit in his vasibus que cibum assumunt et excocunt, plinius quoque lectionem grecam et latinam lectitare se refert clare et intentione non tam vocis causa quam stomachi, Ariston etiam dicere solebat neque balnei neque orationis non purgantis ullam esse utilitatem, Lauendum tamen ne clamorosa vox et violenta fiat: Intentiones namque nimie diripiunt et raucitatem frequenter inducunt: In magno plerumque numero legere si consueverint ea res pariter in pronuntiandis orationibus audaciam, qua cum multis nostris temporibus carere videamus. Tum vero Socrates quem eloquentie parentem appellare Cicero non dubitavit: adeo eius expertus fuisse dicitur ut nec vnam quidem orationem memoriter pronuntiare valuerit. Interlegendum non prius subsistere oportet: bit quam ad sententiam terminatam: quam clausulam vocat pervene

rint q̄ si primo (vt dicit) p̄gressu minime fuerit intellecta:  
reuocādus erit gradus ⁊ attentioze mētis acie bis terq; re  
legenda / donec obaudiens sensus diligētia pulsantis exci  
tetur. nec faciāt / q; supiorib; annis q̄ndam in legendis de  
oratore ciceronis libris facere audiuius / q̄ verba rātū  
⁊ dictionis ordinatū admirabat / sensus vero penit<sup>9</sup> omī  
tebat. sed imitandi sunt q̄ vehemēter sitiūt: ij. n. nō prius  
tozeumata ⁊ poculoz insignia cōtemplantur q̄ ardore si  
tis restrinzerint. ita studiosi primū sententias moresq; de  
cerpant / deinde ad dictionis florē puerantur. q̄dam sunt  
animalia q̄ florē depascūt vt a pes. q̄dam ramos vt ca  
pre. q̄dam radices vt sues: Studiosus vero corū sibi exē  
pla pponat. q̄ omnib; his veltuntur. In historia q̄d egre  
gie q̄d noue dictū sit. In verborū cōpositione pure ⁊ ele  
ganter scripta. In sentētijs q̄d fortiter / q̄d prudēter / quid  
iuste / q̄d modeste ānotet. De poetica q̄d de polypodis ca  
pite tradit idē ipse sentiat / aiūt siquidē q̄ de secretioze rerū  
natura tractāt sumptū caput illud in cibus plurimū suani  
tatis afferte. Leterū grauib; in somnis turbulētissimisq;  
fantasmatis sensuz afficere. Ita poetica hominū animos  
maxima quidē dulcedine alit ⁊ pabulo. nō minus vero tu  
barū ⁊ agitationis ingerit / quo circa interlegenduz animi  
frenis vri opus est. nec ita fabulaz studio efferrī vt figmē  
ta illa sic nuda capiant. sed vni q̄q; quid vtilitatis sub  
cōmento afferat rimandū ē. ⁊ id Latonis quod ⁊ de Li  
ro scribit Xenophon obseruandū siquidē cū puer esset p̄  
ceptoris imperia obibat quid / sed cur imperarēt causam  
sibi declarari petebat. Que apud poetas ipie / crudeliter /  
iniuste / turpiter dicūtur non ea vitio danda sunt / sed artis  
excellētia consideranda que singulis personis decorum  
suum reddit. Sic enim ⁊ alijs in rebus accidere videm<sup>9</sup>  
vt a quibus re ipsa apparētib; animus abhorret / proprie  
tū efficta libēter vel cōtemplamur / vel audiamus. Nam ⁊  
chrysolozā nostrū sic dicere solituz accepimus / scorpios ⁊  
serpētes q̄s fugim<sup>9</sup> si pictos vera q̄dā imitatione videri  
mus magno oge delectamur suis grunitū. ferre stridorez /

B ijii

venti, sibilon, maris strepitū: cū audimus turbamur ani-  
mo: q̄ tamē si quis ficta voce imitetur voluptate quadam  
afficimur. Que vero in scriptoribz vite accommodata et ad  
virtutis rōnem pertinentia repūtur ea memorie cōmendā-  
da sunt: Ordo potissimū in studendo adhibendus erit  
ne varios libros confuse legant, sed singulis lecti onibus  
disputas horas haberi oportet q̄ vna res plurimū p̄dest:  
et ad librorū varietatē et ad rerū cōsumationē: q̄ abūde et  
facile p̄cipi pōt: si q̄s statura hora exiguus q̄d vel legat vel  
exscribat et id absqz vlla intermissione faciat, intelliget, n.  
paucis diebz multū se p̄fecisse, hoc illud sonat hesiodi a pa-  
rente nostro sic interpretatū. Paruula sitiētes supra diceisse  
pusillis. Idēqz frequēs pagas grādis cumulatuz a ceru?  
Perturbatione vero et ea quaz greci antaxian nomināt ni-  
hil nō modo inuilius verū etiā deformius eē ex alijs quo-  
qz rebz intelligi licet. Laborus et multorū varietate cōfici-  
tur: q̄ si prout cuiusqz animus tulerit canere voluerint in  
cōcinna q̄dam emergit et auribz in iocūda clamantiū con-  
fusio. Ceterū cum suo quisqz loco et tempe vt institutū est  
ita vocem emittit et multiplici sono grata quedam et con-  
sona exultat harmonia: In exercitu quoqz idem cernereli-  
cet vbi si passim et neglecto ordine pallantes euagent mu-  
lites et faciem hostibz victoriā p̄bent: et turpe quoddam  
oculis spectaculum offerunt: cum equites pedites cur-  
calones, sarcine, promiscue ferūtur: et se inuicē si conferē-  
da sit manus impediūt, p̄tra bñ instruct<sup>o</sup> exercit<sup>o</sup> et amicis  
spem et hostibus terrorem incutit, cum equites scutatos  
sagittarios: sonditores suo quēqz loco procedentes ordi-  
nemqz seruantes intuentur: Quare non minus in littera-  
rij studij ratione quā ceteris in rebus vtilem hunc esse ar-  
bitremur ordinem. Nā nisi diuisa fuerint lectionibz tem-  
pora distrahitur multitudo librorū anim<sup>o</sup> efficiturqz vt  
dū eodē tpe multa simul nobis vidēda cogitatōne cōple-  
ctimur nullā in p̄te libez sortiamur et in tēū mēris habi-  
tū. Adde qz euz vespi mēoria sū repetenda q̄ die cognouit  
mus difficile id assequi possumus vt quid apud quenqz

legerimus vnū sub aspectum nulla cū dubitatōne aut erro-  
roze colligamus/nisi distincte omnia sese nobis offerant.  
Vnū illud addhiciemus nostri q̄dem ordinis sed nō vtili-  
tatis extremū/quod tamē nō magis p̄ceptum q̄ adhorta-  
tionē existimari volumus. vt nihil hoc litterato otio dul-  
cius esse arbitretur quod vt ait Cicero adoleſcentiā agit.  
ſenecturē oblectat. ſecūdas res ornar. aduerſus pfugiuꝝ ac  
ſolatiū p̄bet. Delectat domi nō impedit foris: Ac propte-  
rea nullum tempus ab his studijs vacuū p̄ter labi ſinant.  
hoc ſit eis negotiū: hic labor: hec quies in his vigilie/ in  
his etiā ſomnus reponat q̄d enim honeſtius facere p̄nt/  
q̄z cū otii appetūt in eo otio verſari: q̄d ab omnibꝝ ſemp  
z vtiliſſimū z iocūdiſſimū ē iudicatum. q̄ntū reliqui ipſis  
alee q̄ntum pile q̄ntū ſpectaculis tribuūt. tantū ipſi ad hec  
recolenda ſtudia ſumant. vbi non deerit q̄d videant. q̄d  
ſpectent: q̄d admirent. cui applaudāt: vbi dum erūt nihil  
audient q̄d audiſſe: nihil dicēt. q̄d dixiſſe peniteat/ nemo  
apud eos quēq̄z ſiniſtris ſermonibꝝ carpet. nemiñē ipſi re-  
p̄bendēt/ nulla ſpe rerū inanium/ nullo timore ſolicitabū-  
tur: nullis rumoribꝝ inquietabūtur. ſecum tantū z cum in-  
belli atq; etiā quod ceteris negatum ē cum mortuis lo-  
quentur. hec eſt illa vita quā regiam ſinceramq; plinius  
iunior appellabat/ hoc eſt illud otii quod dulce honeſtū  
q; ac pene omni negotio pulchrius idem pallam affirma-  
bat: hoc eſt quod ſatius eſſe artilius eruditiffime ſimul z  
faceriſſime dicere ſolebat. otioſum eſſe q̄z nihil agere hac  
ratione plinius ille maior omne tempus perire arbitra-  
tur quod ſtudijs nō impenderetur: cuius adeo parcus ex-  
itiſſe dicitur vt plinium minorēz ſororis ſue filiū ſepius  
cozripuiſſe dicatur q̄ ambulat z quia ſcilicet tēpus illud  
non perdere poterat. quin immo cuz de maiorum more le-  
gi faceret: z lector quem greci anagnosſin nominant qua-  
dam perperam pronūtiāſſet quidam ex amicis reuocauit  
z reperi coegit. Cui plinius nēpe itellereras inquit z cuz  
ille annuiſſet. Cur ergo reuocabas. Decē amplius verſus  
hac tua interpellatōne perdidimus. Lato quoq; qui poſt




mortē vitē sē ē cognōiatus ne tps pderet iterim dū sena-  
tus cogere ē i curie vestibulo aliqd lectitasse fert. Accusa sse  
naturā Theophrast<sup>o</sup> dicit qd cornicibus z cervis longā vitam  
pstitisset z qd diu viuere nihil necesse erat: hoīb<sup>o</sup> vero bre-  
uem qd multis seculis ad infinitā reze cognitionē indiges-  
būt: qd an philosopho graui deplorare pueniat ipse vide-  
rit: Hos tū hoc teneam<sup>o</sup> nō oportet inane hoc tps effluere  
re qd ille breue nimis eē p̄q̄rebat hūit cetere animātes nisi  
tū aliqd natura: vt eā currere. Aues volare hoīb<sup>o</sup> vero sci-  
endi cupiditas tradita ē. vñ z hūanitatē studia sunt nū-  
cupata / quam enim greci pedian vocāt / nos eruditionez  
institutionēq; in bonas artes dicim<sup>o</sup>: eā hūanitatē quoq;  
veteres noiarunt / qz scie cura ex vniuersis animātib<sup>o</sup> vni  
homini data sit / hoc autē studioz gen<sup>o</sup> variā magis qz reli-  
qua sciam p̄plectit. Ceterū vt spero qd iam p seipos scri-  
pta intelligēt tantā studēdi voluptatē esse p̄cipiēt / vt nō is  
adhortationib<sup>o</sup> mime egeat. Quare iam scribēdi modus  
hic sit: Dabes mi<sup>o</sup> Daffea p̄ceptore mun<sup>o</sup> / qd longe pl<sup>o</sup>  
vilitatis in recessu hē cognosces / qz in fronte promittere  
videat. Hic etenim z docēdi ordo z studēdi p̄cepta / qd nō  
mān<sup>o</sup> doctissim<sup>o</sup> / qz optim<sup>o</sup> parens meus / z p̄cipiēdi iure  
auus tu<sup>o</sup> / discipulos instruebat / qd vel hac vna rōne opti-  
ma eē putabis / qd ex ei<sup>o</sup> ludo vel vt ex eā troiano meri litte-  
rarū principes p̄dierūt. Nā z maxima illorū ps / qd cū reli-  
quas orbis ptes tū vero hāc nostrā Italiā studijs excolu-  
erūt / ab eius fontib<sup>o</sup> emanarūt. Igit si toto vt aiūt pector-  
re in hec p̄cepta exēq̄nda incubes / tantū inde fructū asseq̄-  
ris: vt quā de te spem nobis tua in doles pollicet. z quam  
tui ingenij opinionē cōcitasti / nō mō sustinere z tueri / vel  
rum etiam superare possis: Verone. xv. kal. Martij. D:  
cccc. lviij.


Finit modus z ordo docēdi ac discēdi Suarini bapti-  
ste impressus beydelberge. per Henricum knoblochzer  
impressoz artis magistrum Anno salutis nostre Dille-  
simo q̄dringētesimo octogesimo nono. xv. kl. Januarias

reticrim dū lens  
alle tēf. Accūsā f  
crūis longi vām  
erat. hōto vō vō  
cognitionē indig  
re pūnat ipē nō  
mane docēs dū  
cetera unimā nō  
volare hōto vō f  
cāna hūdi hōto nō  
cāt nōe rānōne  
zā dū tūmā nō p  
peris tūmā nō  
vā nō magis tū  
vō q̄ iam p̄ lōvō  
tū dīcō p̄ vō vō  
iam fōvō nō  
vō nō vō lōvō  
vō vō p̄ vō  
vō dīcō p̄ vō  
vō nō vō p̄ vō  
vō vō rōne  
vō vō vō vō  
vō nō vō  
vō vō vō vō  
vō vō vō vō  
vō vō vō vō  
vō vō vō vō  
vō vō vō vō  
vō vō vō vō

cedi dūm h  
icūm hō vō vō  
lūris nō vō vō  
47. 4. Jūmā

Hain 3733  
gKW 5067







1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N Focus O Balance Q R S T U V

Copyright 4/1999 Xxy/Master GmbH www.xyymaster.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

5 10 15 20 cm